2565. DEMONSTRATIONES DE UNIVERSO IMMENSO AETERNOQUE
Vorläufige Datierung: [vor Ende Februar 1701]

Überlieferung:
L Konzept: LH IV 5, 9 Bl. 7. 1 Zettel (8,4 x 20,5 cm), beschnitten. 2 S.
E M. Fichant, *De l'horizon de la doctrine humaine*, 1991, S. 56–60.
Übersetzung:
M. Fichant, *De l'horizon de la doctrine humaine*, 1991, S. 57–61.

bearbeitet von Stephan Meier-Oeser u. Henrik Wels

[Anhaltspunkte zur Datierung:] Auf Grund der später hinzugefügten Bemerkung, dem hier Gesagten sei Leibniz' *Horizon scientiae humanae* und was er an Fontenelle geschrieben habe, hinzuzufügen, dürfte unser Stück vor Ende Februar 1701 entstanden sein. Die am Schluss des Stückes erwähnte Plinius-Stelle könnte Leibniz aus J. Chr. Magnenus, *Democritus reviviscens* (Pavia 1646 u. ö.) übernommen haben. Dort heißt es in der *Synopsis doctrinae Democriti quae ad atomos pertinet*, § 12, S. 24 f.: »Plinius l. 7 c. 55. de resurrectione mortuorum refert sententiam Democriti quam, cultissimus ille sed impius irridet. Puerilium, inquit, ista deliramentorum, avidaeque nunquam desinere mortalitatis commenta sunt. Similis et de asservandis corporibus hominum, ac reviviscendis promissa a Democrito vanitas, qui non revixit ipse.« (ed. 1658, S. 39). Dieses Buch erwähnt Leibniz bereits in *De arte combinatoria* (VI, 1, S. 216; vgl. W. Hübener, *Die notwendige Grenze des Erkenntnisfortschritts als Konsequenz der Aussagenkombinatorik nach Leibniz' unveröffentlichtem Traktat »De l'Horizon de la doctrine humaine«*, in *Akten des II. Internationalen Leibniz-Kongresses 1972* (Studia Leibnitiana. Supplementa 15), Wiesbaden 1975, S. 55–71, hier S. 70 f. Anm. 81). Sicher kannte Leibniz den Verweis nicht erst aus Bayles *Dictionaire* (art. *Democrite*, 2. Aufl. 1702, Bd 1, S. 1028, Anm. G d), da er bereits seit dem *Système nouveau* (1695) häufiger darauf hinweist: »Et il y a de l'apparence que c'est de quelque chose d'approchant que le grand Democrite a parlé, tout Atomiste qu'il estoit, quoyque Pline s'en moque«. In den *Considerations sur la doctrine d'un esprit universel unique* von 1702 heißt es: »Il semble que Democrit luy même a vû cette resuscitation des animaux car Pline luy attribue qu'il enseignoit une resurrection.« (VE 2640). In den *Nouveaux Essais* (VI, 6, S. 71) wiederum steht: »ce que c'est que la promesse que Democrite meme faisoit d'une autre vie, chez Pline«. In den Briefen finden sich Mai 1699 (Leibniz an Kurfürstin Sophie; I, 17 N. 8) und Juli 1711 (Leibniz an Pierre des Maizeaux; Gerhardt, *Phil. Schr.*, Bd 7, 1890, S. 536) Anspielungen auf diese Stelle. Ferner gibt es ein Blatt mit einer französischen Übersetzung der Stelle von der Hand John Tolands (LH I 20 Bl. 196 r°), an dessen Kopf Leibniz vermerkt: »Main de M. Toland. il a mal traduit le passage de Pline.«

[Thematische Stichworte:] progressus, Wiederkehr des Gleichen, annus Platonicus

[Einleitung:] —

Demonstrationes de Universo immenso aeternoque[;] de mundis et aevis; deque rerum longinquarum et futurarum statu[1]

Posito satis durare humanum genus, tempus venire necesse est ubi nihil dicatur, quod non dictum sit prius. Etsi certum non sit, tempus affuturum quo nihil dici possit, quod non dictum sit prius. Fieri enim potest ut quaedam etsi tota impenderetur aeternitas, nunquam dicantur, ea ergo semper supererunt dicibilia et nondum dicta.

Nunquam dantur regressus perfecti, ut circulorum et Ellipsium[,] nec fieri potest, ut unus locus aut unum tempus universi alteri perfecte sit simile sed tantum ad sensum.

Quae de diversis temporibus eorundem locorum seu earundem rerum extendi etiam possunt ad diversa loca ejusdem temporis, ut eadem recurrunt. Imo in unaquaque mente tales intelligi possunt periodi, cum cogitet semper, etiam cum confuse et sine animi attentione.

Posito autem aliquando nihil dici quod non dictum sit prius, oportet esse tempus quoque, quo redeant etiam eadem gesta, nihilque fiat quod non factum sit prius, nam quae geruntur materiam praebent sermonibus.

Imo necesse est esse periodos quasdam anno Platonico similes ita ut toto aliquo seculo exacte ad sensum eadem fiant quae aliquo alio seculo jam sunt facta; nam totius seculi res pro magno aliquo facto, et totius seculi Historia pro magno aliquo dicto haberi potest, qualia et ipsa necesse est vel repeti vel exhauriri, id est post exhaustionem etiam repeti.

---

[1] *Leibniz fügt am oberen Blattrand die Überschrift hinzu, nachdem er die folgende Bemerkung dem Text vorangestellt hat*: Hic dictis addatur meus Horizon scientiae humanae, et quae de eo scripsi ad Fontanellum 26 Feb. 1701.

1 f. Demonstrationes ... statu *erg. L* 1 et (*1*) ⟨locis⟩ | (*2*) aevis *ers.* | *L* 4 non (*1*) est | (*2*) sit *ers.* | *L* 5 f. , ea ... dicta *erg. L* 7–11 Nunquam ... sensum. (*1*) Quae dica (*2*) Quae ... mente (*a*) talia (*b*) tales ... attentione. *erg. L* 12 oportet (*1*) redire ⟨al⟩ (*2*) | etiam *erg.* | esse periodos anno Platonico similes, (*3*) esse tempus quoque, *L* 13 gesta, (*1*) quae ma (*2*) haec eni (*3*) nihilque *L* 15 est (*1*) redi (*2*) esse *L* 15 f. aliquo (*1*) | anno, imo toto aliquo *gestr.* | seculo exacte in iis quae (*a*) ⟨eas⟩ (*b*) eadem (*2*) ad sensum (*3*) seculo ... eadem *L* 17 potest, (*1*) quae (*2*) qualia *L* 18 exhauriri, (*1*) atque adeo (*2*) id *L* 18 repeti. (*1*) *Absatz* Et licet ponamus (*a*) non (*b*) ⟨fu⟩ (*c*) ⟨v⟩ (*2*) Et *L*

---

15 periodos ... Platonico: vgl. Platon, *Timaios*, 39 d; *Phaidros*, 248 e; *Politeia*, 546 a. Zu der auf Platon zurückgehenden geläufigen Vorstellung einer periodischen Wiederkehr identischer Weltzustände siehe E. Weigel, *Sphaerica, Euclidea Methodo conscripta*, Jena 1688, S. 189, Def. 131: *Annus stellarum fixarum, qui dicitur Platonicus annorum solarium circiter 25. millium, secundum alios 36000.* [...] *quo absoluto omnia in pristinum statum esse reversura nonnulli veterum crediderunt.* 20 Horizon scientiae humanae: vgl. VE 1201 und VE 1202. 21 scripsi ... 1701: vgl. Leibniz an Bernard le Bovier de Fontenelle, 26. Februar 1701 (II, 4 N. 3, S. 12 u. 17 f.).

Et licet ponamus venire tempus, quo non supersit humanum genus; si tamen supersint intelligentes substantiae, quae non aliis quam nos cogitandi materiis, sive notionibus utantur, idem illis contingere oportet.

Hinc porro, quia dignitati naturae consentaneum non est, ut priora tantum repetantur, consequens est, ut eatur ad intelligentias factas perfectiores, quae alias habeant notiones profundiores, et quae capaces sint majorum et magis compositarum veritatum; ita sciendo profici poterit in infinitum.

Itaque conveniens foret, si durarent humanae mentes, et Platonicos quosdam annos haberent, eundem hominem reverti, non ut simpliciter in orbem redeat, sed ut velut spiraliter aut tortuose, inde progrediatur in aliquid majus. Est regredi ad prosiliendum magis, ut ad fossam.

Fieri tamen etiam potest, ut progressus sit non spiralis aut aliter regressivus; qualis cycloidum secundariarium; sed directus qualis in cycloide primaria. Et fortasse quaedam creaturae Platonicas habent periodos, aliae secus.

In periodicis foret non tantum animae immortalitas, sed et aliquid corporis resurrectioni aequipollens, si non ipsa sit. Imo illud video periodos Platonicas evitari non posse saltem in notionibus quae manere debent seu quae sunt distinctae, ubi non datur materiae novitas sed formae seu combinationis quae terminatur. Et revera confusae notiones si quis intelligeret resolvuntur in distinctas. Cum ergo etiam mentes quae eunt ad majorem perfectionem tantum majores faciunt propositiones quae ex minoribus componuntur, erunt acta earum composita ex majore tantum combinatione anteriorum actorum, atque adeo progressione spirali, seu anno Platonico cum augmento, ita ut credi possit, redire saepe eosdem ad telam pertexendam. Et hoc est fortasse reviviscendi promissum Democriti, quod plane Plinius non intelligens ridet.

2f. utantur (*1*) nec (*2*) , idem *L* 5 ut (*1*) intelligatur ad inte (*2*) eatur *L* 5 factas *erg. L* 8 Itaque (*1*) consentaneum | (*2*) conveniens *ers.* | (*a*) est si (*b*) foret *L* 9f. aut tortuose *erg. L* 10 Est … fossam *erg. L* 11 non | tortuosus *erg. u. gestr.* | spiralis *L* 11 aliter *erg. L* 12 qualis … primaria *erg. L* 13 creaturae (*1*) Plato (*2*) in (*3*) Platonicas *L*

22 reviviscendi … Plinius: vgl. PLINIUS D. Ä. (C. Plinius Secundus), *Naturalis historia*, lib. VII, cap. 55.